

C A P U T III.

Innocentius III. a Urbinati, & b Senogallien. Episcopis.

U m venissent ad Apost. Sed. dil. fil. Abbas e S. Angeli pro Monasterio suo, & nobilis vir P. Gal. miles pro se, d. patre, & uxore suis, idem miles proposuit coram nobis, quod cum predictis Abbas cum super quadam possessione coram dil. fil. n. G. tit. S. Prisca Presbytero Cardinali, tunc Ap. Sed. Legato in Marchia transisset in causam, quod ei secundum bonam terrae consuetudinem responderet coram eodem asseruit Cardinale: verum Card. ipse causam ipsorum ven. f. n. f. Efino Episcopo, & d. f. Abbati S. Helenae commisit secundum jus, & bonam terrae illius consuetudinem terminandam: sed cum iudices secundum jus tantum, & non huiusmodi consuetudinem vellent in causa procedere, ipse ab eis, tanquam qui formam mandati volebant excedere, ad nostram audientiam appellavit: sed iudices nihilominus partem adversam in possessionem rerum petitarum inducendam causa custoditae decreverunt, sic videlicet, ut si miles ipse usque ad g. annum, & diem praeter sitendi iudicio cautionem, parti alteri triginta libras restitueret pro expensis, & reciperet possessionem eorum, de quibus quaestio vertebatur. Cumque postmodum dil. fil. n. G. tit. S. Mariae trans Tyberim Presbyt. Card. A. S. L. infra annum Marchiam fuisset ingressus, ipse cautionem standi iuri obtulit coram eo, & possessionem sibi restitui postulavit. Sed idem Legatus praedictum Abbatem citavit ad causam, cui postmodum voluit idem miles expensis factis in litem, quae sex librarum summam, sicut asseruit, non excedunt: sed Abbas triginta librarum sibi restitui petiit quantitate. Et infra: Nos igitur cum predictis miles possessionem sibi restitui peteret, Abbas vero ex secundo decreto verum possessorem se constitui postulare, intelligentes Abbatem ipsum esse confesum in iure, quod sepe dictus miles infra legitimum tempus Card. interpellasset eundem, imo etiam infra annum coram eodem Card. cautionem obtulit standi iuri, & Card. ad eum infra annum suas litteras destinavit, sicut ad longiore terminum citaretur: militem ipsum cautione praestita in possessionem credimus reducendum, hoc etiam decernentes, ut si consuetudinem illam, quam miles allegabat, b laudabilem esse constiterit, quia ex hoc sequitur eum rationabiliter appellasse, ad restitutionem expensis nullatenus compellatur. Quod si consuetudinem illam inveneritis reprobamam, cum ex hoc appareat eum frustratorie proclamasse, ad restitutionem cogatur expensarum illarum, quas Abbatem confiteri propter hoc necessaria fecisse.

N O T A E.

1 a Urbinati. Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. c. 2. Urbinum, vulgo Urbino, est Civitas Episcopalis Italiae in Romandiola, in Piceno Annonario: habet Ecclesiam Cathedralis perantiquam, cujus Episcopo Leonardo dicto scripsit Greg. Mag. lib. 1. epist. 24. b Senogallien. Senogallien. Civitas, vulgo Senogallia, est etiam in Italia, in Provincia Marchia, teste Pomp. Mela l. 2. de situ orbis, c. 4. cujus Episcopus Venancius subscriptus in Conc. Romano 4. sub Symmacho. c Abbat S. Angeli. Quod Monasterium est Ordinis Div. Benedicti in ipsa dioecesi Senogallien. ut refert Tambur. l. 1. de iure Abbat. in taxa Abbat. verbo Senogallia.

d Patre suo, & uxore. Pro quibus, & sine mandato admitteri poterat, ut probavi in c. constituti, de procurator. e l. tit. Idem Joannem Presbyterum Card. cujus legationis causam refert Spondanus in continuat. Baronii, anno 1201. n. 1. f Efino Episcopo. Efinus Civitas etiam est Provinciae Marchiae, hodie dicta Gelsi, cuius meminit Ptolemeus l. 3. c. 1. Efinus Episcopus Martianus subscriptus in Conc. Romano 3. sub Symmacho. g Ad annum, & diem. Cum praescribitur in terminum annus, aut mensis, plerumque adicitur unus dies, ut facilius cognoscatur terminus esse elapsam, l. ubi lex, ff. de R. J. l. 2. c. de temporibus appell. jam notavi in c. 1. h Laudabilem esse. Iudices ecclesiastici an teneantur juxta consuetudines a laicis legitime praescriptas sententiam proferre, jam examinavi in cap. Eadem, de consuet.

G A P U T IV.

a Gregorius IX.

SI adversarius tuus post citationis edictum b ad remota loca se transferens procuratorem legitimum non dimisit, & denuntiatione publice facta, c domi non apparet, qui defendat eundem, jure petere potes, ut in possessionem earum terrarum, de quibus quaestio vertitur, causa d custodia inducatur.

N O T A E.

1 a Gregorius IX. Proprio motu, & a nemine consultus hanc edidit constitutionem, ut saepius ipsum fecisse, jam notavi in cap. fin. de consuet. b Edictum. Peremptorium videlicet, ut probavi in cap. quoniam, §. in aliis, ut litem non consuet.

c Casa domi. Juxta notata in cap. causam, de dolo, & contum. d Causa custodia. Ex primo decreto videlicet, ut ex polui in secundo commentario ad titulum, ut litem non contestata, ex quo mutanda sunt, quae ad hunc titulum spectant.

T I T U L U S XVI.

Ut lite pendente nihil innovetur.

C A P U T P R I M U M.

Alex. III. a Eborac. Archiep.

Memoria nostra non excidit, qualiter in b primo anno nostrae promotionis transcriptum litterarum felicis memoriae praedecessoris nostri e Honorii nobis feceris praesentari, in quo continebatur, antecessoribus tuis Ap. benignitate esse indulgendum, ut tam eis, quam successoribus tuis liberum esset per totam Angliam ante se crucem deferre: nos vero antecessoris nostri vestigiis inherentes, tibi subscripti nostrum munimine confirmamus, quod antecessoribus tuis fuerat a praedecessore nostro clementer indulsum. Postmodum vero sancta, & veneranda memoria d. T. quondam Cantuar. Archiepiscopus, existimans hoc e in praedictum sui juris, & suae dignitatis redundare, exinde cepit quaestionem movere. Unde propter hoc ad Sedem Apostolicam appellavit, affirmans, si bene meminimus, quod tibi, & praedecessoribus tuis id nullatenus licuisset: sicque factum est, quod per nostra nobis tibi scripta prohibuimus, ne in Provincia Cant. Ecclesia, donec de ipsa causa cognosceretur, ante te crucem deferre aliqua ratione audeas. Quia ergo per dil. fil. nostros I. & A. Clericos tuos grave coram nobis iuramentum deposuisti, asserens, quod de possessione hujus rei, quam tu, & antecessores tui habuisti, ante cognitionem iudicii spoliastemur: Nos volentes tibi, tamquam vener. fratri nostro deferre, & jura tua integre, & illibata servare, praesentibus litteris statuimus, quod littera prohibitionis nostrae nullum tibi praedictum faciant, quominus tibi, & successoribus tuis liberum sit, quemadmodum vobis est beneficio privilegiorum Ap. Sedis indultum, & tu, & praedecessores tui id facere consueveris, ante vos per totam Angliam f deferre crucem, quousque definitiva sententia decernatur, an Ecclesia tua debeat de jure hoc habere.

N O T A E.

N O T A E.

a Eboracensis. Ita legitur in secunda collectione, sub hoc tit. c. 1. De Eboracensi Ecclesia, & ejus Praelatis jam aliqua notavi in c. inter 4. de rescriptis. b Prima anno. Qui fuit annus Christi 1160. haec autem epistola missa fuit anno 1161. quo iterum suscitata fuerunt controversiae inter Cantuariensem, & Eboracensem Archiepiscopos, ut refert Baronius an. 1175. c Honorii. Legendum existimo Adriani IV. qui fuit immediatus praedecessor Alexandri III. quod facile suadet ex eo, quia Alexander appellat ipsum H. Antecessorem; & quia Hadrianus IV. natus erat in ipsa provincia Eboracensi; unde majori affectu eam Ecclesiam prosequetur, quam Cantuariensem: quod contrarium omnino evenit in Honorio II. qui Vivillelmum Archiepiscopum Cantuariensem consecraverat, ipsique vices suas commiserat, & Legatum constituerat per Angliam, & Scotiam, ut refert Coriolanus in brevuario, anno 1125. Unde credi non potest, tempore, cum Archiepiscopum Cantuariensem Legatum in universa Anglia constituebat, in ejus praedictum Archiepiscopo Eboracensi concessisse, ut crucem perferret per totam Angliam. d T. Sanctus Thomas videlicet, de quo aliqua notavi in c. 2. de rescriptis.

e Hoc in praedictum. Controversia diu fuit inter Archiepiscopum Cantuariensem, & Eboracensem, utroque sibi vindicantem Primatum Angliae, quae his finis fuit Cantuariensi Primatu adjudicatum in Concilio Anglicano apud Vventantiam celebrato iussu Alexandri III. ut refert Baronius anno 1175. Poetica temporibus Alexandri III. elegerant inter eodem varie controversiae, quae discipulatae fuerunt in Concilio Anglicano apud Westmonasterium celebrato anno 1175. & quae majoris momenti erant, per appellationem ad Pontificem delatae fuerunt, inter quas ut praecipua refertur a Rogero, & Malesburg. quae in hoc textu refertur, videlicet crucem tantum esse defendendam a Cantuariensi Archiepiscopo, quia hoc vexillum deferre proprium est Patriarchae, seu Primatis, c. antiqua, de privil. contra Cantuariensem Archiepiscopum, ut Primas Angliae intendebat crucem ipsum tantum, non vero Eboracensem deferre posse. Alexander III. decrevit Eboracensem Episcopum non posse in Cantuariensi Provincia crucem deferre, donec causa cognita sententia definitiva proferreretur: sed tunc procuratores Eboracensis Praefatus populoerunt ab Hadriano IV. ipsius Alexandri praedecessore concessum esse Praefatis Eboracensibus jus deferendi vexillum crucis per totam Angliam, & in hac quasi possessione jam Archiepiscopum constitutum esse, atque ita non debere lite pendente ea privari: quare rectius perpensa hac quaestione Alexander in praesenti rescriptis Archiepiscopo Eboracensi, ut crucem per totam Angliam deferret, quousque lis ipsa decideretur; hujus tamen controversiae decisio ad Romanum Pontificem fuit delata: tum quia cognitio causarum majoris momenti, & decisio ad ipsum spectant, ut probavi in c. 1. de transit. Epist. tum quia lites Archiepiscoporum deciderent semper conuenerit Romana Ecclesia, ut litem quam Alexander tuis Viennensis habuit Zosimus epist. 1. Burdegalenis cum Bithynensis, c. ult. de majorit. & obed. Toletanus cum Bracharen. c. causa, de integ. restit. in terminis hujus textus, quam habuit per annos 1300. Archiepiscopos Toletanus cum Archiepiscopis Tarracensis, & Castaragust. Toletanus enim ut Primas Hispaniae assererat se habere jus deferendi crucem etiam per eorum provincias; & cum illi negasset hoc jus Toletano competere, Joannes XXII. ejus causae decisionem sibi reservavit, ut refert Mariana l. 15. hist. c. 17. Zuzita in indice, & ex eius Spondanus in continuat. Baronii, h. anno 1320. n. 7. f Deferre crucem. Crucem deferant ante se primo per universum orbem R. Pontifex, Anastasius Biblioth. in Leone II. ibi: Nescio quae crucem ex auro purissimo geminis ornatum, quam Carolus 5. memorat Imperator Francorum, & Romanorum in Basilica Saluatoris Domini nostri Jesu Christi, qua Constantiniana nuncupatur, temporibus Domini Leonis sanctae recordationis Terti Papae obtulerat, quae mos erat, ut in Litanis ante sacrosanctum Pontificem ipsa procederet, & sic permansit usque ad tempora sanctae recordationis Domini Pastoralis Papae. Etiam Pontifex iter faciens Augustissimum Eucharistiae sacramentum praevium semper habuit, ut de Paulo III. Clemente VII. Leone X. Julio II. Alex. VI. Gregorio XI. Stephano III. refert Coriol. in breviario, anno 1592. Secundo crucem deferunt per totam Provinciam sibi commissam Legati Sedis Apostolicae; Innocentius III. lib. 3. regest. 15. epist. 19. ibi: Dominica cruce vexillum per tuam dioecesim, & Episcopatus tibi subditos ante te deferendum, Praedecessoribus tuis licentiam impartimus. Ea legationis ratione apud Carvium Episcopum in vita S. Stephani Ungariae Regis, & ex Surio die 30. Augusti, legitur D. Stephano vexillum crucis praefatum; quia scilicet vice Romani Pontificis Regni Ecclesiarum dispositio ei data erat. Tertio Patriarchae, seu Primates ubique, etiam extra suam provinciam crucem deferre valent, praeter quam in urbe Romana, & ubi fuerint A. S. Legati Pontificalibus insignis utentes, c. antiqua, de privil. De S. Thoma Cantuariensi refert Guillelmus Neubrig. l. 2. de republ. Angl. c. 16. in hoc verba: Curiam ingressus est Thomas cruce argenteam ante se portare solitum propria manu insulam, volentibusque quibusdam qui aderant, ministerium portare ante Metropolitanum propriam crucem suscipere, admitti. Quarto etiam deferant crucem ante se Archiepiscopi, quia olim tunc erant Legati nati, Clement. ult. de privil. aut quia hoc jus sibi vindicant, aut quia jura Patriarchatum cum ipsis, & nomina saepius confunduntur, ut observavit Gorinus lib. 1. observ. c. 11. Crucem auream gestavisse Livvordum Trajectensem Archiepiscopum, scribit Joannes Gebrandus in chron. Belg. l. 2. c. 39. ibi: Quidam sanctissimi viri Livvordi crucem auream, quam ipse in itinere religionis sacra portare consueverat, cum aliis ecclesiasticis rebas, antiqui deceptoris persuasione illudus ante nostrum rapuit. Duplex tamen agnoscitur discrimen inter delationem crucis Patriarchalis, & Archiepiscopalis. Primum ratione loci; nam Patriarcha etiam extra provinciam suam eam deferre; Metropolitanus vero tantum intra provinciam. Secundum consistit in forma crucis; nam Patriarchae ligno transversario gemino constantem praefertur, & lignum superius transversum brevius est, inferius autem longius; Archiepiscopi vero uno duntaxat ligno transversario crucem compositam praefertur, ut notant Cajacius in c. sane 3. de foro compet. Lipsius in notis ad librum de cruce, Hieronymus Roman. pari. 3. Reipubi. Christian. lib. 2. c. 6. & lib. 3. cap. 6. Tandem & Episcopus aliquando prelatam fuisse crucem, necnon & Regibus, probant Novarius lib. 3. sibi. capite 1. Grethlerus de cruce lib. 2. c. 37. Codinus de offic. domus Aug. c. 5. Bosquetus ad Innoc. III. lib. 3. epist. 19. Sed jus hoc deferendi crucem restrictum est; nam soli Romano Pontifici, & Legatis, qui utantur insignibus Apostolicae dignitatis, Patriarchis, & Metropolitanis crux praefertur. Usus hic anteferenda crucis ex caeremonia supplicationum publicarum originem habuit, in quibus cruces adhibebantur, ut refert Socrates lib. 6. c. 8. Solorzanus lib. 8. c. 8. & eo exemplo passim in omnibus Occidentis, & Orientis Ecclesiis cruce prelati ab una statione ad alteram Cleros, & populus procedebat; unde vetitum a Justiniano fuit in novella 123. ne Litaniae, & supplicationes publice fiant aliter quam prelati cruce. Hinc consuetudo quoque illa emerit, ut eximiae dignitatis viri ad urbem accedentes crucibus antelatis iciperentur; quod gestum in Graecia erga Legatos Hormisdæ episcopi referunt in commentario: & Romae eadem pompa excipiebantur Exarchae, quae adhibita est in adventu Caroli Magni, ut observat Anastasius in vita Adriani, ibi: Venerabilis crucibus, sicut mos est ad Exarchum, seu Patriarium suscipiendum, inde etiam indultum fuit, ut ante primos Ecclesiae Praefatos cruce deferretur. Ut etiam ignis deferretur ante Imperatorem, ut probavi in c. sane, de celebr. Missar. De eodem usu deferendi crucem apud nos extat lex 2. tit. 1. lib. 1. ordinamenti, ubi notavit Didacus Perez gloss. 2. & l. 7. tit. 1. lib. 1. recopil. & plura congregavit Andreas Saulay speciali episcopo de ritu deferendi crucem.

C A P U T II.

a Caestinus III.

L audabilem, &c. Et infra: Quaritis iterum, quando matrimonium accusari contingit, an statim sit carnale commercium suspensendum, aut aliquandiu dissimulari possit, vel potius sustineri. Ad quod breviter respondemus quod cum b Alexander III. aperte prohibeat, ne ab invicem, donec causa iuste sit examinata, separentur, & c. Symmachii Papa contineant institutum, ut Praelatus aliquis accusatus, antequam ea quae obijciuntur, in luce clarescant, relinqui non debeat a subiectis; in praesenti articulo conjugum alteruter accusatus, ante probatam accusationem, jure quod habet in altero privari non possit.

N O T A E.

1 a Caestinus. In sexta collectione legitur Clemens III. sed legendum esse Caestinus III. constat ex secunda collectione, ubi hoc tit. c. 2. reperitur haec decisio: & ex c. laudabilem, de frigid. & malef. c. insperet, qui matrim. accus. c. 1. de except. c. laudabilem, de convers. inquit, c. laudabilem, de cognat. spirit. in 2. collect. rursus, qui clerici vel voc. c. praerea 27. de testibus, ubi reperitur aliae partes hujus decretalis. b Cum Alexander III. Corrigendum est, & legendum Alex.

II. cujus sententia reperitur ad Gratianum in c. multorum, 35. q. 6. ibi: Causam illam examinaverit. c Et Symmachii Papa. Reperitur in c. 1. 8. q. 4. plerumque enim requiritur matrimonium carnale, & spirituale; & quod in uno disponitur, in alio observatur, c. sicut, cum aliis, q. 7.

C O M M E N T A R I U M.

EX hujus Decretalis praesenti fragmento sequens deducitur disputanda assertio: Conjuges pendente lite super matrimonio prius non debent iura, quod habet in alium conjugem, c. cur. 3. Conclusio: & probatur.

nam si ob aliquam rationem rei litigiose alienatio esset inhi- bita, maxime ne illud iudicium redderetur iudicium, ut in pre- senti capite dicitur. 3. aliter: sed est rei litigiose aliena- tio, non redditur iudicium inane: ergo nulla ratio est probi- bendi huiusmodi alienationem. Probatur minor, nam qui se obtulit rei defensionem, condemnandus est, quemadmodum & qui ab initio possidebat, & dolo debet possidere, l. i. qui se obtulit 37. l. qui possidet 36. ff. de R. V. l. i. parum 11. ff. de R. F. iudicis traditis ibi a Petro Fabro, Gothofredo, & Do- nello l. 20. comment. c. 3. igitur cum re adhuc alienata sit persona que condemnatur, illud iudicium non redditur iudicium. Augere secundum, nam si rei litigiose alienatio a iure probi- beretur, sequeretur ut ipsa alienatio celebrata nullus esset momenti, sed si sic est, quod vires habet, l. fin. ff. de litig. Igitur verum non est, rei litigiose alienationem prohiberi. Valerius tertio hac difficultate ex eo, nam si ob vitium liti- giosum res in iudicium deducta alienari non potest, sequeretur, ut tam res ipsa, quam actio in iudicium deducta aliene- dari non possent, cum in utraque detur eadem ratio: sed non obstante vitio litigii potest actio personalis alienari, id est cedi, ut probat late Olea d. q. 11. in eo & res ex capitali etiam delicto accusatus potest res proprias alienare, l. post contractum 15. ff. de donat. Igitur quia rei litigiose alienatio non est prohibita.

Sed hac dubitandi ratio ita facta non obstante, vera est praesens assertio, pro cuius expositione tria examinanda sunt. Primum, quae dicitur rei litigiose, sive quando liti- giosum vitium contrahitur: secundum, quae alienatio rei liti- giosae prohibetur: tertium huius prohibitionis effectus quales sint. Et primo sciendum est, litem vultio dici contrarium duorum, plurimum super eadem res, sive actione reali, sive personali agatur, l. ubi ff. de iudic. l. in summo 69. §. 1. ff. de condi. tradit. l. laboro 31. ff. de legat. ff. de negot. gestis, l. si rem 31. ff. de iur. ff. de iur. l. quemadmodum, l. non est ff. de iur. l. 13. ff. de iur. ff. de iur. l. 2. C. de petit. hered. Et pertinet Cicero pro Murena, dum videt Consulatus atatem litibus consumere. Etiam apud Consilios proprie, & peculiariter licet accipitur pro ipsa re, actione in iudicium deducta, l. litem 36. ff. de p. §. ubi ait Ulpianus, litem nomine omnem actionem significari, sive in rem sive in personam. Idem probatur ex l. si mater 11. §. hoc iure, ff. de excep. rei iudic. l. et post editum 73. §. 1. ff. de iudic. l. proheredum, §. ff. si quidem, C. de ed. tit. Varro l. 6. de lingua Latina, lib. 5. Res que in controversia est, litem dicitur, id est in actione, vis videtur dici, quam rem, sive litem, Notatur Cuius in rubric. ff. de in iure res. Bissonius de v. §. Verbo litem nunciat. Vultioque dicitur, sive litem, in signifi- catione accipitur, l. si defunctus 90. C. de iur. & legat. Sic litigiosa dicitur, l. hoc 47. ff. de R. V. l. certum ff. de eo quod certo loco, & iuramentum in litem, id est in satisfactionem rei in iudicium deductae, l. eius rei 46. ff. de R. V. l. arbitrio 19. ff. de dolo, l. 7. de admistr. tut. Igitur rei litigiose erit res, de qua controversia est, aut quae in controversia est, l. l. 1. l. 2. ff. de iure fisci. Unde denuntiatio quae impedienda venditionis causa fit, rei litigiosam non facit, l. l. ff. de litig. l. 1. §. ult. ff. quae res pigiori, l. 1. C. de pignor. nec litem metus, vel comminatio rei litigiosam facit, l. §. 1. ff. de alienat. iudic. Illud enim solammodo litigiosam est, de cuius do- minio lis, controversiave mota est inter petentem, & posses- sorem; ea adhibita distinctione, ut si actione reali expe- ditur, a tempore controversiae motae rei litigiosum vitio la- boreat; si tamen actione personali ad rem agatur, non nisi post litem contestationem. Illud etiam discrimen vertitur in ter titulum de litigiosis, & editum de alienatione iudicis, quod exceptio litigiosa tantum locum habet, cum res, quae aliene- tur, in controversiam, vel litem deducta est, aut denun- tiatio iuris experiendi causa facta reperitur, l. §. ff. de petit. heredit. ad edicto de alienatione iudicis tenetur, qui vendi- dit rem tantum futuris litem gratia, adhuc non litigiosam: notat Cuiacius ad tit. C. de litig. Nec litigiosa appellatio tantum comprehendit res mobilis, sed etiam actio, seu nomen debitoris in iudicium deductum, l. §. C. de litig. pro- sequitur Olea d. q. 11. n. 1. Sed si non de dominio rei, sed de possessione lis disceptetur, res non est litigiose, & ideo valide & impune poterit alienari, cum nihil commu- ne habeat proprietate cum possessione, l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. posses. quae sententia probari videtur ex authentica de litigiosis, §. ab hoc, & tam docent Glossa in c. 1. ubi Panorrit. n. 5. de confirmat. usit. & Barbosa, fule Mandosius in regul. de futurandis, q. 13. n. 4. Gomezus de pignorat. q. 53. n. 8. Rebutius in practi. tit. de pacificis, num. 100. Flaminius de repon. l. 2. q. 3. nu. 52. nec controversia de hypotheca rem litigiosam reddit, l. 1. C. de litig. l. 2. C. de distract. pignor. nec de possessione tantum, Solozanas de 2. l. 2. §. 23. n. 39.

Sed dubium apud iuris utriusque Interpres est, an si non actione reali, vel publicana dominium, vel quasi vindicetur, sed tantum actione personali res petatur, adhuc post petitionem res dicatur litigiose & de litigiosam non esse dicit Innocentius in cap. cum ad de constitut. Bartolus, & Baldus in lib. 2. C. de litig. Panorrit. hic, n. 7. & com- munem esse sententiam Canoniarum, & Legistarum asserit Peregrinus de iure fisci lib. 9. tit. 6. numer. 10. Sed contraria verior est, quae probatur tam ex l. 2. C. de litig. tam ex eo, nam rei litigiose ideo alienatio prohibetur, quia ex ea ma-

gnam praedictam auctori sequitur; liquidum deterior ejus conditio fit. Faber in suo C. tit. de litig. definit. 1. & quia per fraudem dolo facta creditur, l. 4. C. de litig. ibi: Et ab om- nium machinationem, l. 13. tit. 7. par. 3. Per Jacer enganoo. Sed hac ratio aequae militat vice agatur actione reali, sive perso- nali. Ergo semper res redditur litigiose. Defendunt hanc sen- tentiam Greg. Lopez in d. l. 13. Covarr. practi. c. 15. n. 6. Parlad. l. 2. ver. quotid. cap. §. 5. a qua sententia in iudicio recedere temerarium esse dicit Lancellosus 2. p. c. 4. in fine. Igitur res litigiose tunc dicitur, ut alienari non possit, quoties super ea controversia mota est. Quod procedit, si vera, non autem si calumniosa sit; tunc enim non prohibetur alienatio, neque inducitur vitium litigiosum, l. 1. in prin. de litig. Cas- dos. de dolo & contum. dec. 7. Gomezus de amali posses. q. 45. Mandosius in regul. de subrog. q. 11. n. 6. Observandi sunt textus in l. 2. C. de petit. hered. juncto Cuiacio ibi: l. 3. §. sed si homini, ff. de alienat. iudic. Juncto Fabro, ibi: l. 4. §. 1. de aqua pluvia, l. 13. ff. famil. eris. l. 1. §. uti, ff. quae res pigiori, l. 18. C. de rei vind.

Succedit secunda inspectio, quoniam videlicet alienatio rei litigiose prohibetur: sit certum esse, prohiberi venditionem, pignorationem, donationem, vel aliam similem, per quam dominium rei in alium transferatur, l. Julianus 17. l. i. post 18. ff. de R. V. Sed quomvis XII. Tabul. Consulit, & Impe- ratores ex donatione, emptione, aut quolibet alio contractu alienationem proveniente expresse interdixerit, non tamen ex omni causa, ea enim, quae est necessaria, aut ex qua cupiditas vexandi adversariam argui non potest, extra prohibi- tionem est, ut si rei litigiose ex causa transactionis, divi- sionis hereditatis in aliam transferatur, l. ult. Cod. de litig. Rationem reddit Justin. in d. novell. 111. quia videlicet talis divisio non videtur esse alienatio, cum res hereditaria sit di- videnda. Similiter fit in rei litigiose dotis, aut donationis pro- pter nuptias causa in alium transferatur, d. l. ult. C. de li- tig. Occasio enim huius alienationis affectio nuptiarum est potius quam animus vexandi adversariam. Etiam rei liti- giosa potest relictione relinqui, l. 3. C. de litig. quia huius- modi dispositio occasione mortis potius quam fraudandiani- modi fit. I. Gothofredus in l. i. notis. C. Theod. de litig. & tunc admissio rei, non res ipsa praedatur. His casibus exceptis, alienatio rei litigiose prohibita reperitur lex XII. Tabul. licet ex eius fragmentis liquido non probetur: cuius verba, ut peritioribus placeat, talia erant: §. Si quis rem, de qua controversia fit, in sacrum dedicasset, duplone multa- tor: Retor Gothofredus de quantor sententia ad leges XII. Tabul. titul. 6. Ex quibus verbis evincitur, in sacrum dica- re rem litigiosam non licere: quae lex minus perfecta fuit, cum non alienationem irritaret, sed penam duplici facien- ti imponeret, quae applicabatur actari, ut in solatium ha- beret, eo quod potentiori adversario res tradita esset. Pon- tifici videlicet, vel Religioso: docet Cuiacius l. 10. off. c. 26. ibi: Post litem contestationem completa, & ex ea ratione; nam litem contestatio illud operatur, ut videlicet constituitur in ma- la fide praescribentem: sed mala fides superveniens iure civili non interrupt praescriptionem, l. 1. penult. ff. pro empior. inter moras iudicis praescriptionem inchoatam perfici posse, licet sine effectu, ut de usucapione dicebamus, quae senten- tia probatur ex l. 2. C. de prescrip. long. in Theod. l. more 26. ibi: Post litem contestationem completa, & ex ea ratione; nam litem contestatio illud operatur, ut videlicet constituitur in ma- la fide praescribentem: sed mala fides superveniens iure civili non interrupt praescriptionem, l. 1. penult. ff. pro empior. Ergo nec litem contestatio: docet Bachovius ad Tabulam d. de- ced. 88. error. 6. Nec tamen obstat dicta lex, nam litem con- testatio non est deductur ratio ab assertoribus contrariae sententiae non perfectam professe non posse, ut opponatur in iudicio: ergo impeditur quominus adimpleatur, cum esse opponi non possit, quia non est adimpleta, perfecti potest intra moras iudicis: nec refragatur lex 2. Cod. de prescrip. long. nam textus ille accipiendus est juxta naturam exceptionis, cum nixi lite contestata opponi non possit, ideo Imperatores affirmant, cum praescriptionem reo non professe. Nec obstat verbum illud, interruptam, quod referendum est ad effectum, non vero ut denotet praescriptionem fuisse interruptam.

Quoad aliam distinctionis partem, videlicet quoad rei liti- giosa alienata est ab ipso possessore, & agitur de eius usucapione, licet nonnulli existimabant, etiam respectu extranei procedere usucapionem, dicendum est, quod si rei litigiose alienata sit a possessore post acceptum iudicium, eam reddi usucapibilem, quia effectus, infestaque est vitio litigiosum, ut probant Pinellus lib. 1. fol. 67. n. 23. D. Josephus de Re- tes ad leges Scribentium, §. edita, n. 45. Nec contrarium probat textus in l. 1. C. de prescrip. long. temp. ubi docetur, rem, de qua mota, & omnia controversia fuit, a veteri possessore alienatam, posse ipse tempore praescriptione a successore acquiri, modo ipse ex propria persona proficiat praescrip- tionem, nec utatur possessione antecessoris: igitur rei litigiose non solum ab ipso possessore, verum ab extraneo, in quem translata fuit, usucapi potest. Procius interpretatione scien- dum est, rem litigiosam proprie non dici, si super ea lis mota, sed omnia sit; sed requiritur ut durante lite res alie- netur, tunc enim vitium litigiosum inhibet usucapionem. Pi- nellus d. c. 17. n. 16. unde cum in d. l. 1. ut in ea suppo- nitur, licet lis mota esset, omnia tamen fuisset, ideo res aliene- nata omnia lite potuit a tertio possessore acquiri, quod modo etiam accipiendum est Paulus l. §. tenent. tit. 2. §. 5.

Scire nam oportet, quid operetur haec prohibitio? Et licet Cuiacius in paratilis ad tit. de litigiosis, tam in ff. quam in C. et in novella 113. §. l. 7. q. 9. Papius, in l. alia nationi: 13. ff. famil. eris. pataverit, non fuisse absolute per edi- ctum de litig. prohibitam alienationem, & Faber in ratio- nali ad d. l. si post acceptum 18. ff. de R. V. censuerit iure Di- gesterum alienationem rei litigiosae valuisse, sed novioribus constitutionibus improbatam fuisse, verum tamen exitimo, alienationem tam lege XII. Tabul. quam Imperatorum con-

stantibus prohibitam fuisse, sed non irritatam; non iori- tamen constitutione Justiniani in l. ult. C. de litig. quae reperi- tur in c. ult. 11. q. 1. adhaec fuisse penam: quam sententiam amplectuntur, licet quoad nullitatem alienationis, vel eius revocationem non consentiant, R. Suarez in l. post rem limit. 1. m. de re iudic. Covar. in practi. c. 7. vers. His utrumque, Felicianus 2. tom. de consue. l. 3. c. 5. n. 12. Parladorus l. 2. controvers. rer. quotid. c. ult. n. 4. p. §. 5. n. 9. Valenzuela 2. tom. consil. 111. ex n. 7. Noquerol alleg. 29. art. 3. Salgado de proce. Regis, q. 4. p. c. 8. n. 163. Carleval. de iudic. 2. tom. l. 1. disp. 11. n. 2. Ex edito de litigiosis nascitur exceptio, quae repellit empior, vel donatarius, aut famulus persona, quae nondum rem ab eo accepit, qui post litigium alienavit: na- de titulus de litigiosis est ultimus libri 44. Digestorum, qui liber est de exceptionibus; nam in eo agitur primo & generaliter de exceptionibus rei iudicatae, doli, & tempo- ris, iurisjurandi, libertatis onerata, & tandem ponitur ti- tulus de litigiosis: unde qui rem litigiosam emit, actio- nem habet, sed repellitur exceptio litigiosa, & hoc indistin- ctum, sive sciret, sive ignoraverit: si autem rem jam fue- rit nactus, officio iudicis ad pristinum statum res litigiose redditur, ut per eosdem lis peragatur, per quos inchoata fuit; non enim persona litigatorum mutantur propter aliena- tionem factam pendente lite, sed exceptio in favorem acto- ris introducta est, l. cum unum, C. de litig. Etiam poena con- stituta est adversus eum, qui rem litigiosam alienavit, quae duplum in filii favorem continet; ita ut si utraque pars, puta donator, & donataria, vel empior, & venditor deli- te non dubitantes contraxerint, simplio veri pretii, quanti res est, unusquisque multetur, l. 1. ff. de iure fisci, l. 2. ff. de litig. l. ult. C. de ed. tit. ut in specie legis Severus, §. de contrab. emptio. l. ult. ff. de statu lib. Si vero accipiens igno- rans litis exitit, integrum duplum venditor perolvit, quod fuit quodammodo immutatum a Justiniano in d. l. ult. ita ut si quis ignorans rem litigiosam accepit, ex emptione, aut alio contractu pretium rei, & eisdem quantitatis par- tem tertiam ab alienante consequatur, & reliquas partes, quae ad duplum deficient, sicut; & si res litigiose Dolo dicata, aut religiose affecta sit, duplum parti praestatur, l. 3. ff. de litig. cui ideo adjudicatur, quia talis alienatio relictio non potest; nam res litigiose dedicari potest, & sacra fit, & a com- merce eximitur: sed reus duplum tenetur inferre victori in solatium rei amittit, l. ult. ff. de litig. quam de dedicatione Dolo facta recte accepit Phocius in notandis, tit. 2. c. 3. n. 4. quod ex leg. XII. Tabul. provenire suadet inscriptio dictae legis ultime, ut jam observavit Cuiacius l. 1. off. c. 39. & l. 10. c. 26. quae poena dedicationis litigiosa rei specialis, & antiquissima fuit; aliam vero denuo favorivi idem Justinia- nus in l. ult. C. de litig. nempe ut quicumque alienatio rei litigiosa non valeret, & hoc amplius, ut empior pretium amitteret: quomodo exponenda est dicta lex ultima, ff. de litig. est poena has male confusandae Fornerius l. 3. selet. c. 26. Unde item dicendum est in servo litigioso manumisso, quia Praetor favesit libertatibus, l. §. 1. ff. de alien. iudic. Unde etiam cum alienatio rei litigiosa relictio, executio potest fieri contra tertium, in quem lite pendente res alienata est, l. 2. ff. de pign. C. de litig. l. si mater, §. fin. ff. de excep. rei iudic. l. si suppletus, §. 1. ff. de pignor. docent Lancel. de attentatis, §. p. c. n. 461. Canev. p. cor. c. 4. n. 49. & 3. p. c. 17. n. 461. Salgado de practi. q. 2. p. c. 149. n. 113. qui n. 110. docet, lite pendente rem alienatam in clericum posse evinci, & sententiam contra eum exequi, quod & docent Gaitus, & Anfal- dus relati ab Olea d. q. 11. n. 8.

Sed jam rationem praesentis decisionis, & praedictae senten- tia, videlicet rei litigiosae alienationem non debere admitti, referamus; quae nascitur eo; nam cum deterior conditio fieri non possit ex persona alterius, l. 2. ff. quod est, aut loca, l. 1. ff. de alienat. iudic. non admittitur talis alienatio, quia durior fiet actoris conditio, novo substituto adversario for- tassis potentiore, cum quo teneatur iterum litem peragere, ut ab eo rem alienatam repetere possit. Accedit, nam in iudicis quasi contrahitur, l. 3. §. idem, ff. de pactis, & ita res praestari debet, ut erat litem contestationis tempore, l. Julianus 17. §. 1. l. praetera 20. ff. de R. V. l. cum fuscio 21. ff. de rebus creditis, Donellus l. 20. comment. c. 6. Cuiacius 6. q. Papius, in d. l. 2. sed non potest ita praestari, si alienatio liti- giosae fieret, ergo recte in hoc textu, & aliis supra citatis de- ciditur, rei litigiose alienationem non esse defendendam: quae sententia ampliat, ut procedat etiam in beneficiis, nam lite pendente super beneficio, eius renuntiatio nulla est, ut docent Doctores in c. 2. hoc tit. Glossa verbo Litigatoribus, in c. 1. hoc tit. Rebut. 3. p. signatura, vers. Quatenus, & Meno- chius de arbit. casu 202. n. 148.

Nec obstat dubitandi ratio supra adducta ex equiparatione usucapionis, cui abunde satisfactum manet ex supra tra- ditis. Nec obstat primum eius argumentum, quod dicebamus, adhuc existente alienatione rei litigiose, satis prospectam esse actori, cum ille, qui se obtulit litem, teneatur periode, ac si dolo desisset possidere; nam non parum actoris inter- est, rem ipsam consequi, erga quam affectionem habere po- terat, ut committeret datur ex pluribus causis, l. §. empio- nem 35. ff. de minor. l. cum servus 56. ff. mandati, lege liber- tus 36. ff. de bonis liberi, l. si cui similes 54. ff. de l. 3. l. lex que 22. C. de admistr. tut. & generaliter rem compellendus est rem propriam amittere, etiam pretio a seipso, sicut nec vendere, l. tutor 8. ff. de in litem iur. si. ne emere, C. de iur. de ten.

De ali- quibus no- bis

De ali- quibus no- bis

De ali- quibus no- bis

De ali- quibus no- bis

De ali- quibus no- bis

De ali- quibus no- bis

De ali- quibus no- bis

De ali- quibus no- bis

De ali- quibus no- bis

De ali- quibus no- bis

ber in Papin. tit. 6. princip. 1. illar. 1. at in dicit. l. si post de-
ceptum, creditor animum fraudandi non habebat, propter
dominium, quod existimabat habere, unde libertas non im-
pediebatur.

Tertio supra traditis adversatur textus in l. alienatione 13.
ff. san. exco. ubi generaliter aliter potest iudicium acceptum
rei litigiosa alienationem necessarium non prohiberi: ergo
non recte indistincte asserimus, rei litigiosa alienationem in-
hibitam esse. Augetur hac difficultas ex l. 2. C. communi di-
vid. ubi absolute docetur, lite mota super divisione rei com-
munis, ejus alienationem non permitti: & ex lege Dicus 5.
ff. de petit. heredit. ubi etiam docetur, rei hereditariae alie-
nationem non solum post litem contestatam, verum & post mo-
tam controversiam prohiberi. Quibus difficultatibus ut sigil-
latim latissimam, sciendum est, interdicta alienatione ali-
cujus rei a lege, voluntariam tantum, non necessariam alie-
nationem inhibitam videri, l. 1. ff. de fund. dotati, l. 2. C.
eodem tit. l. mulier 22, ff. ad Trebel. l. filius 114. §. Divus, et
2. ff. de legat. 1. l. pater 38, in princip. ff. de legat. 3. l. cum
fidei 9. ff. de fideicommiss. libori. l. 4. §. quis autem, ff. de alie-
nat. judic. l. 3. §. si pignori, ff. de rebus eorum, l. 1. l. inter
12. C. de prad. minor. docet Cujacius in dicit. l. 13. C. in l.
pato 67. §. pignori, ff. de legat. 2. Pater l. 14. consil. c. 11.
Castillo l. 6. covarr. c. 113. Arias de Melá l. 3. var. c. 26.
Unde edicto de litigiosis non comprehenduntur alienationes
necessariae, quae retro veltorem causam trahunt veluti si
reitor sub conditione litem legaverit, & post litem con-
testatam super divisione hereditatis conditio veniat; quocir-
ca procedit textus in dicit. l. alienatione 13. ut docet late A-
rias a Melá dicit. c. 23. Nec obstat textus in dicit. l. 1. C.
communi divid. quae accipienda est de alienatione voluntaria,
quae prohibita est pendente divisionis lite, & post iudicium
super ea acceptum inter socios, ex lege Licinia, de qua in
l. ult. ff. de alienat. in iudic. Nec hac alienatio spectat ad
edictum de litigiosis, quia lis super visione mota non facit
proprie rei litigiosam; nec enim alias est, qui petit, alius
possessor, sed uterque actor, & reus est, ut contra Accursum
exponit Cujacius l. 7. §. ff. Papin. in dicit. l. alienatione 13. Nec
etiam refragant dicta lex Dicus 5. pro cuius solutione dis-
tinctionem continendum est inter iudicium singulare rei, & iu-
dicium universale petitionis hereditatis: in iudicio particula-
ri litem contestatio desideratur, in iudicio vero petitionis he-
reditatis factum fit rei litigiosa a denuntiatione, ut ex die
more controversiae res male fidei possessor efficitur, l. sed et
si 25. §. si ante, §. de petit. heredit. quia nullo favore dignus
est, cum titulum non habet, & regulariter §. ff. eod. tit. ut
in aliis iudiciis, quae dantur etiam contra titulo possiden-
tem, in quibus utque ad litem contestationem nec possessor
constituitur in mala fide, nec res litigiosa efficitur. Prose-
quitur Oluald. l. 19. Donell. c. 14. litt. N. quo modo etiam
accipiendus est textus in l. 2. C. de petit. heredit. iuris tra-
ditis pro eius intellectu a Donello l. 19. comment. c. 12. Pa-
ber in l. regulariter, Amaya l. 3. observ. c. 2. n. 31.

Tandem pro pleniori expositione textus in d. l. alienatio-
nis 13. in d. l. 1. C. communi divid. sciendum est, quod quo-
tiscumque intenditur aliquid ex iudicis diversis, videlicet
familiae eriscenda, communi dividendo, seu finium regan-
dorum, pendente iudicio, ejus rei alienationem voluntariam,
non vero necessariam interdicti, idque non quia rei litigiosa
esse intelligatur, quippe litigiosa dici res non potest, cum in-
ter partes conveniat de dominio ejus, & alter alterum in
ea rei socium esse fateatur, sed quod summo arbitrio in
his iudiciis non debet res arbitrio subdici; quapropter quavis
rei litigiosa ipso jure alienatio valeat, sed exemptione liti-
giosi recludatur, l. 1. ff. de litig. adjecta summo poena em-
ptori, qui licentia emerit, l. 1. ff. de iure fidei, l. 2. ff. de li-
tig. l. fin. C. eodem tit. tamen alienatio rei, de qua divo-
ratorum iudicium acceptum est, nulla est ipso jure, nullaque
poena emptor, aut venditor punitur, ut notat Cujac. l. 7.
§. ff. Papin. in dicit. l. alienatione 13. unde etiam quavis rei
litigiosa quandoque alienatio permittitur, veluti ex causa
dotis, aut donationis propter nuptias, l. ult. in fine, C. de
litig. tamen rei dividenda alienatio ex nulla causa permitti-
tur: quoniam ratio, quae ejus alienationem impedit, aequae
semper refertur, & dicta lex ultima, cum expresse agat de re
litigiosa, extendi non debet ad rem, de cuius divisione agi-
tur. Iade etiam licet rei litigiosa non possit pignori obliga-
ri, imo si pignori datur, obstat exceptio litigiosi; l. 1. §. ult.
ff. quae res pignori, tamen res, de qua divortium iudicium
acceptum est, non impeditur pignori dari, quia eo modo de
iudicio non subsistitur, ac propterea dicitur ratio, quae ejus
alienationem impedit. Exinde etiam, est iuxta supra tra-
dita rei litigiosa dicitur, de qua controversia mota est, hoc
est, ob quam in iure adversario dies dicitur est (nec enim
iudicium denuntiatio simplex extra jus, l. 1. ff. de litigiosis
notat Cujacius in l. 3. C. de alienat.) tamen ad hoc ut res
dividenda alienari prohibeatur, non sufficit controversiam
motam fuisse, sed necesse erit iudicium esse jam acceptum,
ut dicitur in d. l. alienatione 13. hoc est, necesse erit litem
contestatam esse, l. 1. §. communi divid. Nec in hoc differt
iudicium familiae eriscenda a iudicio communi dividendo,
ut contra Accursum recte probat Cujacius in dicit. l. aliena-
tione 13. Tandem adeo differt rei litigiosa a re, cuius di-
videnda causa iudicium acceptum est, ut quavis rei liti-
giosa prohibeatur alienatio, non tamen prohibetur diviso-
veluti si possessor pluribus hereditas relicta decesserit, ne-
cess.

13
Exponitur
lex quae
quae de re
de aqua
pluvia.

24
Exponitur
lex quae
quae de re
de aqua
pluvia.

litem motam super hereditate, non potest servus hereditarius
litigiosus noxae dari, & sic alienari, etiam si hac alienatio
procedat ex necessitate iuris, quod dicitur servum noxae dan-
dum esse, vel noxae satisfactionem. Igitur quia rei litigiosae
nec alienatio necessaria permittitur. Cui difficultati respon-
dendum est; in eo textu non affirmatur servum noxae dari posse,
quia litigiosus esset, sed quia post litem super petitione
hereditatis possessor conventus iudicatus a iure, quia reitor
damnatus fuerat, non habet electionem praestandi noxam,
vel dampnum, sed necessario cogitur dampnum solvere; unde
non praestat servum, quia litigiosus erat, sed quia praedi-
ctam electionem illam tradendi, vel dampnum, non habebat:
docet Faber in eius textu rationali.

CAPUT FINALE.

a Honorio III. b Cancellario, Cantori, & A. dicto Marefcallo, Canonico Parisiensi.

Dilectus filius Magister A. persona Ecclesiae de Bassevilla exposuit coram nobis, quod cum inter praedecessorem suum ex parte una, & Priorem & Monachos de Bassevilla Carnotensis diocesis ex altera, super decimis novallium intra fines sua parochia consistendum quatio emerisset, & pendente coram iudicibus a Sede Apostolica delegatis, Abbas & Conventus S. Martini d. Majoris monasterii Turon. quibus subfunt Prior, & monachi supradicti, pro se, ac membris suis & obtinuerunt a Sede Apostolica indulgentiam super perceptione ipsorum decimarum: cuius praetextu jam dicti Prior, & f. Monachi supradicti decimas sibi vindicare contendunt, licet in indulgentia ipsa mentio de quatione supradicta facta & non fuerit. Ideoque disc. v. m. quatenus auctoritate nostra iudicibus, quibus commissa fuit ipsa quatio, injungatur, ut indulgentiam non obstante praedicta, in negotio ipso procedat iuxta traditam sibi formam.

NOTAE.

Honorio III. l. 1. legitur tam in hac sexta, quam in quinta compilatione, edita a Cironio, addito tantum nomine Marefcalli, non quia Canonici Parisiensis esset actu Marefcallus, et enim officium quod militare, ut in Republica Galliae reteratur, c. de Consue. §. Marefcallus; sed in appellabatur, quia ipse, aut eius majores officium illud exercerant. Nescio tamen quare Cironius in margine hujus textus in dicta quinta compilatione adscripsit notam illam marginelem, non ponitur; inmensa hanc decretalem non repertam in Decretalium corpore, cum fere eidem verbis reperitur in hoc c. final.

b Cancellarius. Bertramum videlicet, cuius mentio fit in praesentibus, de rebus, in cuius textu notis docetur Cironius, legendum non esse Bernardum, sed Bertramum: sed quoniam sit dignitas Cancellariae in Ecclesia, videamus. Et regulariter Cancellarius accipitur pro eo qui scribit notas, litteras iudicium edicta, & res responsa: inde Cancellaria dicta, ut notavi in c. 10. de rescriptis. Qua in significatione accipitur in edicto Arcadii, & Theodosii sub tit. 11. lib. 1. C. Theod. in Capite Caroli Magni l. 2. c. 11. in legibus Ripuar. tit. 59. §. 11. Loagobard. l. 2. tit. 32. & aliis auctoritatibus conglata a Lindembrogio in glossario, verbo Cancellarius, Voffio de viris serm. l. 2. c. 3. Abbate Anselmo verbo Cancellarius, in glossario, Rolyvendo in Onomast. verbo Cancellarius. In quanta dignitate fuerit, qui huius ordini praepositus, summas, & primas Cancellarius fuerit, exponit Hincmarus ep. c. 16. ibi: „Sammus Cancellarius, qui a se-
cretis illi appellabatur, erantque illi subiecti prudentes, ac fideles viri, qui praeperta regia absque immoderata cupiditate venalitate scriberent, & secreta illius fideliter custodirent: eum Archicancellarium posteriores dixerunt.“ Unde Cujacius in c. ut nostrum 56. de appellat. Petrus Gregorius in c. ad huc, de rescriptis, Pichens l. 2. adverb. c. 12. existimat, in Ecclesiis Cathedralibus ad officium Cancellarii spectare obignare litteras, quae nomine Capituli conscribuntur: quia in acceptione sumitur Cancellarius in dicit. c. ut nostrum, ubi refertur pars capituli unici, ut Eccles. benef. Sed hac acceptione praesenti decretali adaptari nequit, tum quia si Cancellarius esset minister tantum, qui notas scribit, forsitan non committeretur illi causa hae decimarum, tum quia, ut ex dicto capite praesentibus, constat, ipse Cancellarius electus fuit in Archiepiscopatum; ad quod dignitatis fastigium non facile promoveretur, si non dignitatem, sed simplex subscrubendi ministerium obtinuerit: quare existimo Cancellarium in hac epigrapha accipi pro dignitate Scholasticis, quae sub eodem nomine ponitur in c. 4. de postul. Pralati c. 4. de Magister, cap. constitutus 46. de appellat. de cuius officio, & dignitate plura congerat Cironius ad tit. de Magister, Caesar de Eccles. hierarch. disp. 12. §. 4. Barboza de dignit. c. 10. In plerisque Ecclesiis adhuc hae dignitas adest lub nomine Scholasticis, seu magistris scholae; & in Ecclesiis ubi florent studia generalia, sublato scholasticis nomine, appellatur Cancellarius, ut in Ecclesia Palatina, Parisiensi, & nostra Salmanticensi, ubi Magister Scholae sub nomine Cancellarii designatur, ut de eius jurisdictione agentes docent P. Greg. l. 5. synag. c. 19. Elcobar, & alii relati a P. Mondo de iure Academ. l. 1. c. 6. §. 6. Cancellario igitur, idest scholastico, seu Magistro Scholae Parisiensis commissa fuit praesens causa; unde audiendus non est Cujacius in praesenti, dum refert, huius textus controversiam contigisse in Anglia, cum ejus co-

gnitio non committeretur Cancellario, & Cantori Parisiensibus. De Cantore, & Ecclesia Parisiensi jam aliqua notavi in c. 8. c. in final. de rescriptis.

c Persona Ecclesiae. Ex his verbis deducit Cujacius, in praesenti agi de personatu, & inde inferi personatum in Ecclesia officium non dignitatem esse: sed saltem eximius vir; nam licet personatus aliquando accipitur pro officio, plerumque tamen pro dignitate Ecclesiae Cathedralis sumitur, c. cum accessissent 8. de consuet. c. cum olim, de consuet. c. ad aures 8. ubi notavi, de rescriptis, c. in Consue. de elect. c. quin nonnulli, de clericis non reser. c. de multa, de prebend. c. 1. de consuet. in 6. docent Caesar de Eccles. hierarch. disp. 12. §. 3. Petrus Gregorius l. 7. synag. c. 1. Boquetus in notis ad Innoc. III. l. 1. epist. 54. Sed ommissis his acceptionibus dicendum est, personam in praesenti accipi pro Parocho, seu Curione Ecclesiae. In Anglia enim, & Gallia plerumque parochi, seu plebani appellantur personae, c. 3. de eccl. diff. c. ad huc, de offic. vicar. cap. ex parte, de rescriptis, Innocent. III. l. 1. epist. 54. ubi: „Personae Ecclesiae sanctae Dionysii, Joannes Sarisb. epist. 11. Affertur Ecclesiam suam esse, & se personam esse. Notatur Boquetus in dicit. epist. 54. Chopinus de iura post. l. 3. tit. 6. n. 20. in margine. Cum ergo persona in hoc textu accipitur pro parochia, recte decimas in sua parochia vindicabat, ut infra dicemus.

d S. Martini Majoris monasterii. Hoc monasterium Ordinis S. Benedicti celeberrimum est, non modo veritate originis, sed & amplitudine etiam ditiorum: Illi enim subfunt 126. monasteria, ut late refertur Yeges in chron. D. Dionysii, cent. 1. anno Christi 512. c. 2. per tot. Chopinus l. 2. notat. tit. 1. nu. 12. ubi plura privilegia Romanae Sedis huic monasterio, & ejus membris concessa refertur. De eo agimus in c. 14. de offic. deleg.

e Obtinuerunt a Sede Apostolica. Imo ab ipso Honorio III. hujus textus auctoritate privilegium illud impetrarunt; ipse enim antequam Canonicebus, & aliis, quibus exemptionem decimarum ipse concessit, ut refert Lamaitre de decimis l. 1. c. 11. huic majori monasterio Turonensi privilegium concessit, ut decimas perciperet ex Ecclesiis Parochialibus quae sine erant tam in districtu ipsius monasterii, quam eorum quae illi parebant, ut constat ex bulla expedita 14. die Maji, anno 1219. quarto sui Pontificatus, cuius verba refert Chopinus d. n. 11. ibi: „Ut monachi novallium decimas in Ecclesiis Parochiis, quae ipsos patronatus jure contingunt, rent, in quibus veteres decimae ad eos dignoscerentur pertinere, tam in capite, quam in membris libere percipere valerent.“ Quod privilegium firmarunt postea Alexander IV. Clemens VI. & alii relati a Chopino ubi supra. Ex quibus Honorii verbis non modicum lucem accipit praesens textus, dum ex illis constat, Honorium hujus textus auctorem concessisse praedictum privilegium: deinde concessum fuisse, non solum Majori monasterio Turonensi, ut capiti, verum & monasterio de Bassevilla, & aliis ut membris.

f Prior, & Monachi. Monasterii videlicet S. Odorgii, diocesis Carnotensis.

g Falla non fuerit. Cap. 3. de decimis, quae fieri debebat, ut infra dicemus.

COMMENTARIUM.

EX praesenti Honorii decretali talis deducitur disputanda Conclusio assertio; Quilibet lit. accedenda est servandis iura existentia, & probata tempore controversiae, non autem iuxta privilegium lite pendente cur.

